




Dra 748

1) (Cricetus, Andr.)

(= der polnische Bischof
Krzyszki)

2) Pyr gallus, H.

3) (Lüscher, M.)

4) (Grosch, J.)

5) Helmboldus, L.

6) Pantaleon (Kensius)

(= 1) Siehe den natürlichen Holzhchnitt
auf Lüscher (letztes Bl.) in Bordüre

(= 3) Fischbortüre mit Fische

MF (1-6)

[Verf. Andrzej Krzycki.]

(Crocov. cae 1524. H. Vietor.)

N. 7



(Crispius, Andreas)

ENCOMIA
LVTERI.

ὥς ἐκ τριπόδος.

Bella per insanos plusquam auiua Lutros
Iusq; datū sceleri animus, rabiūq; Luterū
In sua sacrilega conuersum uisera lingua.



L

24

(43)

IN IMAGINEM LVTHERI.

Ille Lutherus ego toto iam notus in orbe
 Cui vulgi improbitas nomina tanta dedit.
 Quicquid enim dictum, damnatumq; extitit ante,
 Nunc renouans, iactor spiritus esse dei,
 Concilij, patribus, mori contraria scribo.
 Actus et huc, consto non ego sepe mihi.
 Mystica scripta uolo, cum res mea postulat, esse
 Nuda eadem, cum res exigit, esse uolo
 Nil credens, seruansq; nihil, Christi effero leges,
 Prætextu quarum carpere aucta licet.
 Non mea dicta ulli æu sancta, ac recta probantur,
 In sacra, et sanctos. sed maledicta placem.
 His ualeo, quamuis ualeat lymphaticus omnis,
 His demptis, inerit non mihi mica salis.
 Pontifices, Reges impura uellico lingua,
 Desædo et nidum quo fruor ipse meum
 Hinc me nemo probus, nisi cui mens perdita tractat,
 Has nisi lactucas congrua labra petunt.
 Hinc me, sed merito, præfert mea patria Christo
 Nempe magis titulo nobilitata meo.
 Pingit et hanc faciem, radios, sanctamq; columbam,
 Sit licet explosum nomen ubiq; meum.
 Atq; hinc qualis ego, poteris cognoscere, cum sit
 Acceptus patriæ nemo propheta lū



SIGISMVNDVS DEI GRATIA REX
POLONIAE, MAGNVS DVX
LITHVANIAE, RVSSIAE PRVS-
SIAEQVE ETC DOMINVS
ET HAERES.

MANifestum faciūmus omnibus, &
singulis, cuiuscūq; status, ac ordinis
subditis nostris, nec non etiā adue-
nis qbuscūq;. Quia cū humanis in-
genijs, praeserti vulgi, ad res novas,
ac insolētes propenss, necesse sit cū alia mala pleraq;
tū uero hāereses emergere, necesse item sit illas, per eos
qui diuinis ac humanis institutis praepositi sunt, tanq-
pestem aut uirus nocentissimum a subditis ipsorum ar-
ceri. Siquidem sola est religio, quae legibus, ac institus
tis suis homines in disciplina, in uirtute, ac in fide erga
deum & homines continet, ac regit, quāq; in norma
& obseruatōe sua ueteri turbata, et dissoluta, turbari
& dissolui necesse est uniuersa, quod postea ut multis
exemplis constat, in seditionē uergere, ac in perniciem
rerum publicarum, earumq; rectores redundare so-
let. Nos pro offiāo Christiani prināpis, eam ipsam
religionem à sanctis patribus ordinatam, ac per san-
ctam Romanam ecclesiam directam, nobisq; à ma-
ioribus nostris per manus traditā, ac per nos deniq;
& gentes nostras, multo sanguine, & clarissimis, gra-
tia dei, uictorijs hactenus defensam, etiam à labe hae-

Aij



retica, his temporibus in uicinia emergente, integram
ac immaculatam in regno & dominijs nostris conser-
uare uolentes, publicis edictis mandauimus, ne qui li-
bri Luteri cuiusdā eiusq; sequacū quoruncunq; quos
sua insolentia in reprobū egit sensum, quiq; prætextu
libertatis Christianæ, prætextu uitiorum ordinis eccle-
sastiæ & scandalorum, quæ in hominibus fieri necesse
est, tanq̃ sub melle uirus suum in uulgus spargunt, &
scriptis ac sermonibus famosissimis non solum mo-
res salubres, ac instituta ecclesiastica. Sed ipsos etiam
sanctos patres turpissime profandunt, & sacra pro-
phanis miscent, nequaquam ad Regnum & dominia
nostra inferrentur & legerentur, ne uē quis dogma
ipsum pestiferum approbare uel tueri auderet, si b poe-
na capitis, & priuationis bonorum omnium. Ad quæ
postea edicta nostra exequenda, modum etiam opor-
tunum statuere uolentes, delegauimus in prætorium
ciuitatis nostræ Regiæ Cracouiensis, nonnullos prima-
rios nostros tam spirituales quàm etiam seculares con-
siliarios, qui cum consulibus ac officialibus ciuitatis sic
edicta ipsa nostra exequenda statuerunt. Vt in primis
quandounq; opportunum uideretur Reuerendo domi-
no Episcopo Cracouiensi, fieret per inquisitores eius
cum decurionibus quos consulatus in tota ciuitate, ad
huius negocij, aliorumq; exassuum tollendorum cus-
todiam delegit, per omnes domos, testudines, ac astra
diligens scrutatio, & ubi aliqui libri heretici inuenire-
tur, illinc poena edicti exigetur. Deinde ut impresso

res librorum nihil prorsus imprimere, & bibliopos-
le, uel alij quicunq; exponere ac uendere deinceps aus-
deant ex libris undecunq; adductis, nisi illos Rector
uniuersitatis prior uiderit, & tam imprimi q̄ uendi
per miserit, sub poenis prædictis. Vt autem & reliquæ
ciuitates nostræ hoc exemplo insistant, ac ut unusquisq;
tempori præmoneretur ne ipsa mandata nostra trans-
grediatur, & ignorantiam prætereundere possit. Nos
hanc ipsorū consiliariorum, simul ac consilatus Cra-
couiësis ordinationem per has literas nostras omni-
bus testatam esse uoluimus, mandantes omnibus alijs
ciuitatibus Regni & dominiorum nostrorum, ut ad eū
modum edicta nostra exequendi faciant cum lo-
a ordinarijs, aut eorum delegatis ordina-
tiones oportunas, easq; diligentissime
exequantur. Pro gratia nostra
non aliter facturi. Datꝫ

A iij

AD DIVVM SIGISMVNDVM POLO-
NIAE REGEM, ANDREAE CRI-
CII EPISCOPI PREMISLI-
ENSIS EPISTOLA.



Vi res ecclesiasticas memoriae pro-
diderunt, maxime & sapientissime
Rex, innumeros haereticos, & apo-
statas rearsent, qui sensu suo, &
spiritu superbiae transuersum acti,
ecclesiam dei deuia & pertinaa do-
ctrina sandere ac turbare consueuerunt, quorum mon-
strorum cum semper Romana ecclesia domitrix,
ceu claua Heraldis, extitisset, in eam potissimum haec
demoniorum zizania serebantur, atq; hi turbines, hi
fluctus eam cumprimis nauiculam obruere niteban-
tur, quam Christus in hoc mundi pelago iactandam
quidem, sed nunquam obruendam constituit, in qua
ipsemet cum suis sedens, licet obdormire soleat inter-
dum, peccatis & praeuaricationibus nostris, insurgitq;
tempestas, excitatur tamen conuulsione & poenitentia
nostra, ac tum demum uenti, & omnis aestus conquis-
esat. Vnde inter alias ecclesiae calamitates fit, ut quod
Christus ait sinite zizaniam crescere usq; ad messem,
Neesse sit usq; ad diem iudicii, quod etiam Apostolus
testatur, haereses uenire, ut et uitia quae succrescunt, &
ea quae ab initio iusta & pia ratione statuuntur, ac tem-
pore, ut sunt humana ingenia, in abusum abeunt, tali

conflictatione purgentur, ac reficiantur, quod tamen
nunquam absq; ingenti aliqua iactura & perturbatio-
one rei Christianæ uenire solebat. Et pròinde recte
pestes istæ diuinis ac humanis legibus damnantur, &
puniuntur. Inter tot autē, ac tam uarios, qui hactenus
fuerunt, hæreticos, nemo fuit qui non ex euangelio Bas-
sim doctrinæ suæ statuisset, non uerbis dei prætextum,
& illicem ueneri sui fecisset, sicuti in præsens agit, noui
sui anguli numen, Lutherus, quod ita humiliter, ita caste,
ita mansuete & pacificè, iuxta doctrinam Christi &
Apostolorum, tractat, ut nihil arrogantius, nihil im-
pudentius, nihil seditiosius ac uirulentius diu uel exco-
guari possit, ut qui nedum reges carnifices, scurras &
nebulones. Pontifices antichristos, lenones, & idola uo-
cet, quæ potestates, quales quales sunt, à deo tamen sunt,
& templa dei immortalis, quæ ipse Christus suam do-
mum testatur, lupanaria appellet, sed & sanctos, atq;
à deo ipsam deiparam uirginem lingua sacrerrima, ut
ex plerisq; eius argumentis constat, uilipendit ac ele-
uat, Sacerdotes omnes ex æquo facit, cum quid sit ex re
& dignitate sacerdotij, si quid durius sit. Sacerdotes à
laicis secernit, atq; in eos solos, omnem patientiæ, hus-
militatis, & paupertatis doctrinam torquet. Liberta-
tem Christianam docet, ut omnem ordinem, omnem
obedientiam, quæ dominis & rectoribus, etiam præ-
uis, debetur soluat. Auariā & rapinas spiritualium
præterdit, ut laicos, quos illis oppido infestos sat, ad
rapinas & sacrilegiū inducat. Mores ecclesiasticorum



miris coloribus depingit ac inæsit, quasi absq; uitijs
homines esse possint, aut fuerint, etiam hi pauci quos
Christus sibi delegerat, ut pote quorum alij illum uen-
diderunt, alij abnegarunt, reliqui ab omni fide post
passionem illius lapsi fuerunt, et quasi non doceat
Apostolus pontificiam offerre debere pro semetipso,
quemadmodum pro populo, cum eadem sit infirmitas
te arandatus. Vituperat ordinē, et regimen ecclesie
uarijs actis, quæ sunt, et uidentur illiatis. quasi non
necesse sit uenire scandala, quasiq; difficile sit hac parte
Morum agere non solum pontificum, sed ipsius etiam
Dei regimen carpendo, cum manifestum sit plerumq;
non suo tempore uel pluuiam, uel frigus, uel æstus ue-
nire, optimos ac innocentissimos homines aduersissimis
fatibus et casibus agi, improbis ac sceleratis omnia ex
uoto cedere, et alia id genus. Si quis sensum domini
corrige, consiliarius eius esse uelit, aut si in diui-
nis ac humanis rebus ordo aliquis inter homines absq;
potestate, potestas absq; opibus, opes absq; uitijs esse
possent. Quod cum clarius sit quam ullis argumentis
egeat, ecclesiam quandam animalem, quasi ideam Pla-
tonis, fingit, de qua quid cornatur, quo tendat, quid
sibi uelit, ipsemet nescit, nisi ut ex ueris et euidentibus
rationibus quoquo modo elabatur. Verbum domini
uinare et manere uult in æternum quasi quis Chris-
tianus contra nitatur, nititur autem ipse maxime cum
Petro principatum tollit, cui dominus imposito nomine
Cephas, quod lapidem sonat, postea dixit super, hanc

petram edificabo ecclesiam meam, & portæ inferi
non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauēs
regni coelorum, & ego rogavi pro te, ut non deficiat
fides tua. Quæ uerba, ut clarissima sunt, ita in effectu
manent, & manebunt inuitis omnibus portis inferi,
ad eamq; petram collisi iam sunt tot heretici, & collis
detur tandem iste. Licet ipse dicat spiritu humilitatis
et intellectu. Papa cadet et Lutherus stabit. Proindeq;
Petrus ipse in actis manifeste dicit ab eterno ordina-
tum esse ut per os eius audirent gentes uerbum euan-
gelij, crederentq;. Vicarium Christi esse negat in eius
ecclesia, cum ipse Christus se pastorem uocans, eam
postea functionem pastorem uni Petro post suam re-
surrectionem, & præsentibus reliquis commiserit di-
cens ter, pascere oues meas, intelligens nempe pientissia-
mus seruator, malam esse in omni congregatione plu-
ralitatem principum, unoq; opus esse pastore, si &
ouile unum esse debeat. Et si hoc in paruis initijs con-
suet, quid non aucto grege censendum illi esset. Nam
quod oggannit Luthreus illud, q; maior est inter uos,
fiat sicut minor, & qui prior esse uult, sit uester ser-
uus. Quamq; hæc ad animi humilitatem pertineant, ta-
men hoc melius præstat Papa seruum seruorum de
se scribens, quam Lutherus ecclesiasten. Nam de iabusu
opum & potentie, Dei est iudicium, & aliorum corre-
ctio quam Lutheri. Papam quolibet Antichristum uocat
eorum qui hactenus ecclesie præfuerunt, quæ hac ratio-
ne iam pridem nulla esset, cum in ecclesia Antichristi,

Christus adesse non posset, qui tamen dixit, ego uobis
sciam sum usq; ad consumationem seculi. Quod si hoc
ad ecclesias schismaticas torquere uellet, & hæ suos ha
bent præfectos & pastores, qui eodẽ modo illis præ
sunt contra sensum Lutheri. Malediat & conuiadatur
Antistitibus & prælatis ecclesie, contra scripturam.
Prinapi populi tui ne maledixeris. quã & Apo
stolus suam excusans ignorantiam, quod prinapi sacr
dotum contumeliam dixisset, clare usurpauit, licet Lu
therus cũ aculeum ne se pungat intorqueat, & Apo
stolum ex ingenio suo sycophantico metiatur, ut quod
sciuit, nescisse fingeret, tamen quã in hoc & reliquis
deliret, & semet irretiat, denum latus constabit.
Vult omnibus omnia quæ scripta sunt prodi, & ab
ipsis ærdonibus uerba dei expendi, cum inquit Chri
stus solis Apostolis datum esse scire mysteria Regni
cælestis, cæteris per parabolas, ut uidentes non ui
deant, & audientes non intelligant. Episcopos & sa
cerdotes omnes, uizamq; ipsorum impura & spuradi
ex lingua dehonestat, omniaq; acta ipsorum in mas
lam partem interpretatur, cõtra uerba domini, nolite
iudicare. Solus enim scrutans corda, & renes deus, qui
si maxime scælesti sunt & improbi, an non ideo Epi
scopi & sacerdotes? an non ideo munere suo fungẽtes?
an Caiphas non uatiãatus est oportere unum mori
pro populo, non à semetipso, sed quia pontifex fuit an
ni illius. An non dixit Christus phariseos claudere
coelum alijs, quamuis ipsi non ingrediantur? An non

denotans ipsorū crimina præmoneat, quæcunq; ius-
serint facite, secundum opera illorum nolite facere: quæ
omnia clarissima præstigator iste ammerijs tenebris
offundere & limulare conatur, nempe Christo hæc tum
non adeo considerante, neq; adeo perspicua existente,
ut nūc Lutherus. Abrogat census ecclesiasticos, cum ta-
men iubeat Christus dari quæ sunt Caesaris, Caesari,
quæ dei, deo. Dei autem est, quicquid eius gratia insti-
tutum est. Cum præterea exprobrans pharisæis dea-
mationem, & intermissam misericordiam & iusticiā,
subinferat, hæc oportuit facere, & illa non omittere.
Cunq; offerre iubeat sacerdotibus pro emundatione
sui. Cum deniq; mulierem pauperē commendet, quæ
in Gazophylatū templi quicquid habuit ex facultate
sua coniecit. Tollit cæremonias & instituta legis, quæ
ipse Christus seruauit. ut q non soluere legē, sed adim-
plere uenerat. Damnat ieiuniū, & preces prolixas,
cum Christus ipse ieiunauerit, & prolixius orabat,
testaturq; eia demonium nisi ieiunio & prece non
posse. Votum castitatis, quod uinulum libidinis, &
castratio est spiritualis damnat, cū Christus triplices
eunuuchos declarans, eos aperte commendare uideat-
tur, qui se causa Regni cælestis castrauerunt. Atq; ar-
ea hæc ueterator iste fucatisimis coloribus & persua-
sionibus, nimirū ex animo continente & pudico, clau-
stra religionis soluit, & Monachos ad prædas, spon-
sas Christi ad sellas fornicarias induat. Vocat se docto-
rem, uocat ecclesiasten, uocat euangelistam, cum scri-

ptum sit, nemo assumat sibi honorem, nisi fuerit uoca-
tus à deo, uocatur autem à deo, quisquis ab his quos
deus præseat, non à semetipso uocatur. Tollit opes ec-
clesiæ, quod illis aliqui suo malo abutuntur, quasi cō
Christus pauper nascā, et pauperes sibi ministros des-
ligere uoluerit, ut posteri pauperes essent, ac non pos-
tius ut fides ipsius non humana, sed cœlesti potentia
incrementum sumpsisse uideretur. Alioquin pauperes
spiritu solo non commendasset, qui et diuissimi opum
esse possunt. Nec dixisset, cui multum datum, multum
ab eo queretur. Nec inuisset postea sacculum, peram,
et gladium ferre. Nec tot Reges et Pontifices san-
ctos, qui etiam pro iuribus et bonis ecclesiæ uitam
posuerūt haberemus. Nam quod abusum opum ubiq;
inualcat, id tametsi uerum sit in multis, tamen non de-
sunt q̄ illas recte dispensent. Sed et carere hac repræ-
hēsiōe nemo potest, cū Christus non potuerit Iuda et
alijs clamitantibus, ad quid perditio hæc, de unguēto.
Doctrinā suam, doctrinam ē cœlis se habere iactat,
quā cum Iacobus Apostolus castam, pacificam, mo-
destam, tractabilem, plenam misericordiæ et fructi-
bus bonis, absq; dijudicatione et simulatione testetur.
Dæmoniacam uero seditosam, amarulentam et con-
tētiosam, plane apparet, cum scribat Lutherus se pro-
uocatum ad maledicta, quibus totus scetet, ex quo spi-
ritu, et quali homine doctrina hæc sua prodeat, cum
ex abundantia cordis os loquatur, et cum qualis uir
sit, talis oratio. Gloriatur se ad harenam ecclesiæ pro-

æres usq; huc prouocasse, & se argumentis inuictum
consistere, quasi id conueniat ulli prudenti, aut uelit
quispiam bonus, maledictis cum ærritis & furiosis cer
tare, nam cū talem hæc cōuita, quibus ne demon quis
dē maiora spargere posset, plane declarant, aut quasi
respondendū sit his, qui sine ratione loquuntur, quā
abesse à Luthero satis testantur scripta nusquā sibi
coherentia, ad nullum certum scopum rem dirigentia.
Sed sursum, ac deorsum miscentia, & confudentia pas
sim omnia, quibus ut insolentia & seditionibus ianuā
aduersus rectores, & omne regimen commodius pas
tesciat, omni subditorum ordini patrocinatur. Tollit
cælibatum, & preas proluxas sacerdotum. Soluit uo
ta Monachorum, Suadet Monialibus prostare potius
quā subiugo esse monastico. Addit maritis imbecilli
oribus conubij adiutores, de quibus quā hoc uno
mereatur, ipsi uiderint, ærte quibusdam uxoribus ne
ctar præbet, non consilium. Ieiunia lurconibus in de
risum. Numina cœlestia nepharijs in contemptum. Et
bona spiritualium harpyis in prædam dat. Vulgusq;
omne libertate, quā asserit, Christiana à legibus &
obedientia missum facit, & alia huiusmodi scelerum ac
turbarū lactaria, quibus fit, ut hic nouus euangelista,
hoc nouum Pythij oraculum habeat tot diuersæ farine
adoratores, qui proiectis scripturis, ac interpretatio
nibus sanctorū patrum, uita, & miraculis clarentiū,
proiectis consilijs, & ordinationibus ecclesiæ catho
licæ, cui & ipsum Euangelium, ac sensum ipsius, &

omnia quæ in eo continentur debemus, solum Lutherum, suo deui ac iam pridem damnato sensui inhaerentem, & scripturam sacram, cuius magister est spiritus sanctus, non apostaticus suo arbitratu interpretantem, suæq; præuagationis, ac suæ Apostasie operculum manifestum facientem, odio in clerum excecati, & huius freni impatientes, quo diuina & humana omnia diriguntur & cōsistunt, præcipites sequuntur, & Euangelium hoc solum putant, quod & quatenus Lutherus doceat, cæterum quod in ecclesia canitur, cū nihil aliud, quàm hoc, uel ad illud pertinens canatur, aut legatur, credunt esse meras nugas & nenas. Hoc egregio oraculo gaudet & nobilitatur specula orbis Vuitemberga, in quo si quid diuini aut prophetici uideretur, acceptus illi non esset Lutherus, cum nemo propheta acceptus sit in patria, siquidem uerba Christi sunt uera. Sed quo nam ultra institutum & epistolare modum prouectus sum? cum immensum sit pelagus eorum quibus clare ostendi posset nullū hereticorum perplexius, instabilius, furiosiusq; & ab Euangelio alienius unquam scripsisse & docuisse, quàm Lutherū, Tantum abest ut uindex & assertor Euangelij, & diuum interpreter, uti se iactat, putetur, Verum hæc alias fusiùs & accommodatiore materia, Christo adiutore, præstabimus, ipsumq; Lutherum suo ipsius pœniallo adamussim depingemus, non quod liberet cum hoc coeno cucullario colluctari, futurum est enim, quod & decus literarium Erasmus censet, ut nemo melius Lu

therum quàm semetipſe conſiſat, inconstantia uide-
liet, & maledictia ſua. qua in omnes paſſim, & ſu-
rens illa Heuba, fertur. Et cum doctrina illius ex fru-
ctu ſuo cognoſcetur qui quidem fructus iam ſatis ap-
paret in omni ciuitate & homine, quemcuq; hæc pe-
ſtis afflauit, quæ concordiam, quæ obedientiam, quæ
fidem, quæ ordinem, ac omnem deniq; uirtutem, &
opus bonum labefaât. Sed ut manifeſtum ſit tandem
hinc & inde, Lutherum non ſpiritu ſancto, quo
plenus uideri uult, non doctrina, qua turget, & os in
cælum ponit, non ulla ſanctimonia, qua fingitur à ſuis.
famigeratum eſſe, ſed odio ſecularium quorundam in-
eccleſiaſticos, ſtudio rerum nouarum imperiti uulgi,
inſolentia, ac libidine apoſtatarum, cupiditate prædæ
& ſacrilegij improborum hominum, neq; horum om-
nium quid ſcribat Lutherus intelligentium, eo illi uic-
torem elatam, ut merito dicere hi omnes poſſint
Nos te nos facimus Martine deum, cœloq; locamus.
Interim inuictiſſime Rex quia tibi curæ eſſe intelligo ut
eam labem in uicinia ſerpentem à regno & dominijs
tuis arceas. hæc preludia, quoquo modo in præſens
effudi, quæ dum alia noſtra, & aliorum adornantur,
benigno animo ſuſcipe, & quod facis, rem Chri-
ſtianã, non ſolum à Turcis, & Tartariſ;
alijsq; ethnicis, ſed etiã à domeſticis
hoſtibus Apoſtatis & hære-
ticis tuare.

CONDITIONES BONI LVThERANI

Dic male sacrificis, superos contemne, probatis
 Moribus obrecta, ieiunia, sacra, præcæq;
 Ride, conalijs obsta, patrumq; relictis
 Ritibus illude, ac uenias, anathemata, uota
 Non assis facias, absit confessio culpæ,
 Absit religio, ædant delubra popinis
 Plus persuade tibi de te, quàm sit, deæ atq;
 Pontifices, Reges, præ te, æu stercorea pendas
 Scripturasq; sacras ut uis intellige, priscos
 Doctores, Leges, sanctorum & gesta negato,
 Sis bonus impostor, sis ad conuitia doctus
 Præfectos traduc populo, retinaacula rumpe
 Ordinis, & fidei, æneasq; per omnia turbas,
 Sic age sectator qui uis probus esse Lutheri.
 Nunc mihi Papistam, quo uerbo salsus habetur,
 Pingere si uolet hunc, qui ritus, iura, fidemq;
 Seruat, quiq; pios patres in dogmate Christi
 Noscendo sequitur, quæq; alma ecclesia sanxit,
 Non quæ arito confundit Apostata sensu
 Pingat, & humanis uitijis aconita coloret,
 Saliet ipse nouus uiuens sine labe Propheta.
 Ingerat & maledicta, sue dona ampla Minerue,
 Plus accepta mihi sua quàm benedicta uidebit.
 Quando quidem tanta uitium est à peste probari.

DE MONSTRO CUCVLLATO EX

uaaa in Saxonia producto. Ioannes Criäus.

Sacra uolens Pluto turbari, & munus ad istud
Ex usu monacho nil magis esse uidens.
Sed ferre hanc dubitans ut posset foemina pestem
Feat quod monacho foeta iuuenca fuit.
Cerberus exclamat, quid agis, quin perdis utrunq;
Iam Luther obsequium quod cupis omne faat.

MATHEVS CONOROVIVS.

Vaana cucullatum produxit Saxica foetum
Designans monstrum terra quod illa fouet.
Saxe miser uigila, monstrumq; hoc consia, semper
Exitum terris monstra tulere suis.

De Luthero stercora omnes sibi aduersos appellante
Petrus Potulicius.

Stercora cum praese duat quosq; Lutherus
Oreque spurcaloquo nil nisi stercus habet.
Non rogo stercorem dicas hunc esse prophetam
Qualia uerba uiri, talis & ipse uir est.

Felix C eselius,
Cum semper maledicta sonent ex ore Lutheri
Qualia sunt eius pectora nosse potes.
Nam uelut e foedis, foedatæ fontibus undæ
Sic uerba e spurco pectore spurca fluunt.

Petrus Sadorius ad Lutherum.

Non facit hoc meritum, tua non doctrina Luthere
Quod notum est late nomen in orbe tuum.
Qui te ViKleuij, quiq; Huſſi grauale pennis
Vestiſti, & proprium nil tibi, quàm rabies.
Sed facit hoc meritumq; urbis, leuitasq; popelli
Res uetus hæc, ueteri tu quoq; more lues.

Ad eundem Ioannes Tirueſius.
Fœda auicularis cum ſit tibi uita, genusq;
Et geris à fœdo nomina digna luto.
Iure uales fœdis, æu natus ad improba, uerbis
Qua ratione quis eſt, hac ratione ualet.

Ad Famam de Hutteno morbo pediculari extincto.
Petrus Riſinius.
Cum nuper Stygias ueheretur Huttenus ad umbras
Eius & audiret ſcripta nefanda Charon.
Intereaq; pedum ſeſe uis proderet ingens
Et quereretur Hutten, mortis id eſſe genus.
Stulte, Charon dixit, caput orbis in orbe putabas
Perdere, nunc fœdo es perditus ipſe pede.

In quendam Lutheranum.
Paulinus Iudæus.
Dogmata quod laudas turbantia ſacra Lutheri
Nullius ipſe fidem religionis habens.

Non id agis quo recta probes, seruesq; probata
Sed nullum ut facias religionis opus.
Vtq; animum possis diando explere malignum
In templa, in superos, sacricolasq; tuum.

In Eundem Ioannes Ostrorius.

Quo prior es, rabidi sequeris cur dogma Lutheri
Ante Luther fueras, quàm Luther ortus erat.
Ante pios ridere patres, contemnere diuos
Et præstare nihil, quod sacra iura docent.
Ante tuæ fueras desertor perfide legis
Quam turbator erat notus in orbe Luther.

Stanislaus Schlomouius.

Quod sic insequitur plebes male sana Lutherum,
Qui sit si queris? hec lege doctus eris.
Est semper uarium, nutans, & mobile uulgus,
Resq; stupore furens glisat habere nouas.
Nullo iudicio, nulla ratione tenetur,
In præceptis, quo mens corripit acta, ruit.
Illi non potuit Dux aptior esse Luthero,
Qui nulla constans re sibi talis adest.
Sicq; sui similes post se trahit, una ruina,
Exitumq; omnes concomitatur idem.
Huc nisi mentis inops, & amator criminis hæret,
Quiq; gerit sacris, corda inimica uiris.
Inconstans, leuis, ambiguus, perplexus, & anceps
Hunc sequitur, recte qui sapit, ille fugit.

Hæc barbari illi Sarmatæ, ut Lutherastri poetæ, ipsi
uidelicet medijs nati Athenis, uocant. Sed &
ecum lector Germanum, pium iuxta &
lepidum poetam, ne omnes ea labe
conspersos putes.

DECII Philomusi de egressu, & ingressu Lutheri
Vormadam.

Cernis ut insano ruat obuia turba Lutherorū
Vt cælo emissum numen adesse putet?
Vt ferrugineo stet bellua nigra cacillo?
Vt laruale colat uulgus inane pecus?
Scorta ruunt, mimi, lenones, pharmacopola,
Et lanij, & quicquid sordis in urbe fuit.
Ipse triumphali sublimis in agmine curru
Ducitur, at plausum turba iocosa dat.
Saurraq; Cæsareus saurris comitantibus ignem
Gestât, & ardentes uentilat ante facès
Atq; ait, ecce uenit, lætum pæna canamus
Diate ió cuncti, chare Luthere uenis.
Chare Luthere uenis, nostra misænda farina,
(Ne pudeat) nostro de grege primus eris.
Dixerat, & uectus per compita festa Lutherus
Hospitis eximij limina nota subit.
Postera lux oritur, densò coeunte senatu
Ducitur ad magni Cæsaris ille fores.
Vt stetit in medio, sua crimina noscere iussus,
Quæ ue foret tanti fons & origo mali.

Obmutuit demens^o obſtupo uertice fixus,
 Vt uacuis ſenſu ſic quoq; uoas inops.
 Et modo qui uane tulerat ſuffragia plebis.
 Vt pius, ac ſapiens, turpis aſellus erat.
 Lincq; diu elinguis, truncoq; ſimillimus herma,
 Sic tandem furijſ exagitatus ait.
 Quod ſcripſi, hoc rectū eſt, uerū indubitabile certū.
 Vox fuit hæc illi, cætera mutus erat.
 Auerit Cæſar tam diris uoabus aures,
 Sedibus irati proſiluire patres.
 Protinus ergo pari fertur ſententia uoto
 Damnaturq; tuum fœde Luthere nephas.
 Saliæt ut ueterum decreta phreneticus unus
 Tolleret: & ritus ſolueret ille pios,
 Et quæ doctorem tot lumina clara uirorum
 Diſſeruere, amens dilueret nebulo
 Obrutaq; in denſis per tot iam ſæcla tenebris
 Relligio, hoc Bubalo reſtituendū foret.
 Scriberet & leges fraterculus iſte nouellas
 Qui uix hellebori iugere ſanus erit.
 Pellitur inde furens nulla medicabilis arte
 Ni Thetis admoueas, uel Phaetontis opem.
 En tibi ſarra redit, ſarriliq; agmine ſeptus
 Deuouct inſandum terrificatq; caput.
 Vade malis auihus, leuo pede, ſydere triſti
 I procul, à turpi dicte Luthere luto.
 Te poſtq; in cineres Vulcanius egerit ardor
 Preſſerit & Stygiam flebilis umbra domum.

C iij

In te auctorum Rhadamas tormenta malorum,
Transferet, atq; uni seruiet aula tibi.
Dolia te fallent, pascent tua membra uolucres
Te rota, te scopuli, te premet amne suis
Dixerat utq; forent miseri rata fata Lutheri,
Omina funestæ conuulstis aues
Illum Tartaræ furie comitantur euntes,
Et quodcumq; imo clauditur orbe nefas.
Vade luthere foras oculos neu pollue nostros
Vade foras age dum foemina uirq; sonat
Truditur infauitum per olentia compita monstrum
Cultori aspirat foeda cloaca suo.
Effert tabificam feralis pompa cadaver
Nam species illi iam morientis erat.
Quisq; strepit, ringit, clangit, tollitq; cachinnum
Colluue in tanta risus ineptus erat.
Exerit hic linguam, nares ille uncat, at alter
Sibilat, aut pedit, hic sreat, ille uomit
Sic tandem egreditur scelerum sentina Lutherus
Vrbs quoq; letata est hoc uacuata malo
Quod fuit ingressus quodq; exitus iste Lutheri
Quid mirum est? stultum nil nisi stulta decens.

Cracouie in ædibus Hieronymi Victoris
M.D.XXIII.

SCILICET VLTIMA SEMPER
Memorare nouissima.




EXPECTANDA DIES HOMINI EST.
& in eternum non peccabis.

Ἐκπορεύετ' αὖτ', οὐκ οἶδατε πῶς ἡμέραν οὐδέ πῶς ὥραν

בְּרוּךְ הַיּוֹחֵל עוֹלָם אָמֵן
עַם כְּרֹגֵצֵי סִימִי


Arma Luthere para dabitur tibi copia nostri.



ALVENSLEBEN

Ba

148









N. 7

7



ros
erü
da.

